# Mar. Tullij Ci=ceronis Epiſtole familiares

atq; breuiores, adoleſcētib⁹ quoq; magis vtiles, ex toto Epiſtolarꝝ eius volumine tanq; ex ęloquētiæ fonte accurate collectę, ac denuo vigili cura elima=tę, adiūctis etiā Epiſtolarꝝ argumentis vel Titulis intētiōes ipſarꝝ ſuccincte declarātibus, cū Epiſtolarum numero libri cuiuſlibet, quo Iuuenibus ipſis in libros principales facilior pateat aditus.

## NICOLAVS AEDELER AD LECTOREM.

Si quis apollineos auido ſitit ore liquores
Pegaſeoq; volet fonte leuare ſitim.
Ante per irriguos Tulli ſpaciabitur hortos
Fons vbi gēmātes fundit opimus aquas.
Hic irrorati phæbeo numine flores:
Hic quoq; perpetuo ſpirat odore roſa.
Hic ſibi multigeno plectat de flore coronam:
Labraq; ſub vitreo proluat ipſe lacu
Dehinc ad Cirrheas Phœbo inuitabitur arces:
Sumpturus plectrum, dulciſonāq; lyram.

# Marci Tullij Ciceroīs vita ex Plu-
tarcho græco Hiſtoriographo.

Vlliorum familia, quæ et poſtea Ciceronis cogno
mentum recepit, & ex municipio Arpinati origi-
nem traxit. principiũ vero generis in Tulliũ Vol-
ſcorũ regem ſatis cõſtãti opinioni hominũ refere-
bat, Sed ꝗ̃ꝗ̃ a regibꝰ orta, tñ vt res mortaliũ flux-
ere, ac labiles ſunt, procedente tẽpore claritate nominis extin-
cta ignobilitatem aduſq; cõſenuiſſe videtur, non tamen adeo di
merſa quin & Rome ſupra vulgus emergeret: ac equeſtrem lo
cum qui medius inter patres & plebem habebatur obtineret.
Qui prius ex ea familia Cicero cognominatus eſt, in extrema
naſi parte eminens quiddam in figuram ciceris habuit: a quo ſi-
bi cognomen inditum ac per eũ in poſteros gentileſq; tranſfu-
ſum. Hic Cicero Orator linguæ romane decꝰ & ſplendor: atq;
eloquij parens, natus eſt patre Tullio: matre Olbia quæ & ipſa
honeſtis orta parentibꝰ memoratur. Is Itaq; tempore Iulij Cæ
ſaris claruit. qui ob preclariſſimi ingenij ſui acrimoniam eximi
amq; virtutem, in conſulem romanum creatus eſt: qui mlta &
preclara & egregia facinora pro repub. ro. geſſit, vt primus om
nium romanorum & pater patriæ appellatus eſt. Præterea Ci-
cero Marcũ filiũ & Tulliolã filiam ex Terentia vxore, ſicuti ex
eius ſcriptis claret, habuit. Scripſit enim libros complures, quos
poſteritati reliquit: qui apud Plutarchum carta. cccc. iij. enume-
rantur. Quũ vero ſexageſimũquartũ ſuæ ætatis annũ vixiſſet:
a Marco Anthonio ſuo emulo: Octauio concedente: ob inui
dentiam interemptus. Poſtremo autem iſte Anthonius ab Au-
guſto Cæſare victus, ſeſe ꝓpria manu occidit: Reliq ꝗ̃q; oẽs
Ciceroīs hoſtes inimici tãdẽ ignominioſe atq; miſere perierunt.

# Marci Tullij Ciceronis Epiſtola-
rum familiarium ad Lentulum proconſulem Liber Primus.

¶ Marcus Tullius Cicero Lentulo proconſuli. Salutem dicit.

¶ Commonefacit Lentulũ de rebus in ſenatu ge-
ſtis & de ſua in eum voluntate. Epiſtola Prima

Go oĩ̃ officio ac potius pietate erga te ceter] ſatiſ-
facio omnibꝰ, mihi ipſe nunq; ſatiſfacio. Tanta eñ
e magnitudo eſt tuorum erga me meritorũ, vt, quo-
niam tu niſi perfecta re, de me non conquieſti;
ego, quia non idem in tua cauſa effitio: vitam mihi
eſſe acerbam putem. In cauſa hæc ſũt. Anthonius Regis Lega
tus aperte pecunia nos oppugnat. Res agitur per eoſdẽ credi-
tores: ꝑ quos, quũ tu aderas, agebatur. Regis cauſa ſi qui ſunt
qui uelint: qui pauci ſunt: omnes rem ad Pompeium deferri vo
lunt. Senatus religionis calumniam non religione: ſed maliuo-
lentia: et illius regie largitionis inuidia comprobat. Pompeiũ &
hortari et orare etiã liberiꝰ accuſare et monere, vt magnã iſamiã
fugiat: non deſiſtimus. Sed plane nec præcibus noſtris nec ad-
monitionibus reliquit locum. Nam cũ in ſermone quotidiano,
tum in ſenatu palã ſic egit cauſam tuã: vt neq; eloquentia ma-
iore quiſq;, neq; grauitate: nec ſtudio: nec contentione agere
potuerit cum ſumma teſtificatione tuorum in ſe offitiorum &
amoris erga te ſui. Marcellinum iratum eſſe tibi ſcis. Is hac re-
gia cauſa excepta: cæteris in rebus ſe acerrimum tui defenſo-
rem fore oſtẽdit. Quod dat accipimus. qđ reſtituit inferre de re

acta ſic eſt hec. Naſidib⁹ mane ſcripſi. Horteſij & mea et Luculli
ſnia cedit religiõi de exercitu. Teneri em̄ res aliter nõ põt. Sed
ex illo ſenatuſconſulto, q̄d te referēte factū eſt: tibi decernitur vt
Regē deducas: quod cõmode facere poſſis, vt exercitū religio
tollat: te auctorē ſenatus retineat. Craſſus tris legatos decernit:
nec excludit Pompeiū. Cenſet em̄ etiā ex ijs: qui cū imperio
ſūt. Bibulus tris ligatos ex ijs, qui priuati ſunt. huic aſſentiuntur
reliqui conſulares, preter Seruiliū: qui oīno reduci negat opor-
tere. & Volcatium: qui Lupo referente Pompeio decernit. &
Africanū qui aſſentit̄ Volcatio. que res auget ſuſpitionē Põ-
peij voluntatis. Nam aduertebat̄ Pompei familiares aſſentire
Volcatio. Laborat̄ vehemēter: inclinata eſt res Libonis et Hi-
pſei non obſcura concurſatio & cõtentio omniumq̄ Pompei
familiarium ſtudium in eam opinionem rem adduxerūt, vt Põ-
peius cupere videatur. Cui qui nolunt: ijdem tibi quod eum or-
naſti non ſunt amici. nos in cauſa autoritatem eo minorem ha-
bemus quod tibi debemus. Gratiā autem noſtram extiguit ho
minum ſuſpitio: q̄d Pompeio ſe gratificari putant. Vt in rebus
mlto ante, q̄ pfectus es, ab ipſo rege, & ab intimis ac domeſticis
Pompei clam exulceratis: deinde palam a conſularibus exagi
tatis: & in ſummā inuidiā adductis ita verſamur. Noſtram fidē
omes, & amorem tui abſentis preſentes tui cognoſcēt. Si eſſet
in his fides: in quibus ſumma eſſe debebat, nõ laboraremus.

¶ M, T, C, Len, Proconſuli, S, D,

¶ Lentulo Trebonium commendat. .3.



Vlo Trebatio quia in tua p̄uintia magna nego-
a tia & ampla & expedita habet: mltos annos vtor
valde familiariter. Is cū antea ſemp & ſuo ſplēdore
& noſtra cæterorūq̄ amicorū cõmēdatione gratiſſimus in p̄-
uintia ſp fuit: tū hoc tēpore propter tuū in me amorē, noſtrãq̄
neceſſitudinē vehementer cõſidit in his noſtris literis ſe apud te
gratioſum fore. Quæ ne ſpes eū fallat vehementer te rogo cõ-
mendoq̄ tibi omnia eius negotia liberos: procuratores: fami-
liā. ĩprimiſq̄ vt que Titus Apius de eius re decreuerit ea cõpro
bes. Omnibuſq̄ in rebus eum ita tractes, vt ĩtelligat noſtrā cõ-
mendationem non vulgarem fuiſſe.

¶ M, T, C, Lentulo procunſuli, S, D,

¶ Duplici conſolatione Ciceronis dolor leuatur. .6.

Ve gerantur accipies ex Pollione. qui oĩbus ne-
q gotijs nõ interfuit ſolū/ ſed pręfuit. Me in ſummo
dolore, quē in tuis rebus capio, maxime. ſ. cõſolat̄
ſpes, q̄d egovalde ſuſpicor fore vt infringat̄ hoĩm improbitas.
& cõſilijs tuorū amicorū & ipſa die, qua debilitant̄ cogitatiões
& inimicorū & proditorū. Facile ſecundo loco me conſolat̄ re
cordatio meorū tēporū: quorū imaginē video in tuis reb⁹. Nā
etſi minore in re violatur tua dignitas q̄ mea afflicta ſit: tamē
eſt nata ſimilitudo, vt ſperē te mihi cognoſcere ſi ea nõ timueri:
quæ ne tu quidē vnq̄ timenda dixiſti. Sed præſta te eū, qui mihi
a teneris ( vt greci dicunt ) vnguiculis: es cognitus. Illuſtrabit
mihi crede tuam amplitudinem hominum iniuria. A me omnia

ſumma in te ſtudia offitiaq; expecta. Non fallam opinionem tuam. Vale.

¶ M, T, C, Valerio iuriſconſulto, S, D,

¶ Ridet Valerium eumq; hortatur vt Romam redeat. .II.

Vrem̄ tibi hoc nō gratificer neſcio: prȩſertim quū
c his temporibus audatia pro ſapientia liceat vti. Lē-
tulo noſtro egi per litteras tuo noīe gratias diligenter. Sed tu velim deſinas iam noſtris litteris vti: & nos aliqn̄ reuiſas: & ibi malis eſſe vbi aliquo nūero ſis. ꝗ iſtic vbi ſolus ſapere videare. Q̄ꝗ qui iſtinc veniūt partim te ſuperbū eſſe dicūt ꝙ nihil reſpondeas: partim contumelioſum ꝙ male reſpondeas, Sed iam cupio tecum coram iocari. Quare fac vt ꝗ primum venias. neq; in Apuliam tuam accedas, vt poſſumus ſaluum te veniſſe gaudere: nam illo ſi veneris, tanꝗ Vlyſſes cognoſces tuorum neminem. Vale.

# Marci Tullij Ciceronis Epiſtolarum Familiarium ad Curionem. Liber Secundus.

¶ M, T, C, Curioni, S, D,

¶ Accuſatus negligentiæ ſe excuſat. Prima.

Vanꝗ me nomine negligentie ſuſpectum tibi eſſe
q doleo, tamen nō tam mihi moleſtum fuit accuſari
abs te offitiū meū, ꝗ iucundū requiri, preſertim ꝙ in quo accuſabar culpa vacarem. in quo aūt te deſiderare ſignificabas meas literas. pre te fers: perfectū mihi quidē ſed tamē dulcem: & optatum amorem tuum. Equidem neminem prætermiſi: quem quidem ad te peruenturū putarem, cui litteras non dederim. Etenim quis eſt tam in ſcribēdo impiger ꝗ ego. a te vero bis terue ad ſummū litteras & eas perbreues accepi. Quare ſi in iqu⁹ es in me iudex, cōdemnabo eodem ego te crimine. Sin me id facere nolles: te mihi equum præbere debebis. Sed de litteris hactenus. Non enim vereor ne non ſcribendo te expleā, præſertim ſi in eo genere ſtudium meum non aſpernabere. Ego abfuiſſe te tamdiu a nobis & doleo ꝙ carui fructu iucūdiſſime cōſuetudinis tue: & letor ꝙ abſens omnia cum maxima dignitate es aſſecutus ꝙq; in omnibus tuis rebus meis optatis fortuna reſponderit Breue eſt quod me tibi precipue meus in te incredibilis amor cogit. Tanta eſt expectatio vel animi vel ingenij tui: vt ego te obſecrare obteſtariq; non dubitem: ſic ad nos confirmatus reſpondeas: vt quam expectatiōem tui cōcitaſti, hanc ſuſtinere ac tenere poſſis. Et quoniam meam tuorum erga me meritorum memoriam nulla vnq; delebebit obliuio, te rogo vt memineris quantecūq; acceſſiones tibi fient: & fortunæ & dignitatis: eas te non potuiſſe conſequi: niſi meis puer olim fideliſſimis atq; amantiſſimis conſilijs paruiſſes. Quare hoc animo in nos eſſe debemus vt etas noſtro iam ingraueſcens in amore atq; in adoleſcentia conquieſcat tua. Vale.

¶ M, T, C, Curioni, S, D,

¶ Gaudet Curionem abeſſe republica periclitante. .4.

h Ec negotia quo mō ſe habeāt, ne ep̄la q̄dē narrare audeo tibi: & ſi vbicn̄q; es, vt ſcripſi ad te antea, ī eadē es naui: tn̄ ꝙ abes gratulor vel ꝙ nō vides ea quȩ nos, vel ꝙ excel-

ſo & illuſtri loco ſita ſit laus tua in plurimoꝝ & ſociorũ & ciuiũ ꝯſpectu, q̃ ad nos nec obſcuro nec vario ſermõe: ſed & clariſſima & vna omniũ voce perfert̃. Vnũ illud neſcio: gratuler ne tibi: an timeam ꝙ mirabilis eſt expectatio reditus tui, non q̃ verear ne tua virtus opinioni hominũ non reſpondeat, ſed me hercule: ne quum veneris nõ habeas iam qđ cures. ita ſunt omnia debilitata iã ꝓpe & extīcta, Sed hæc ipa neſcio recte ne ſint l̃ris commiſſa. Quare cetera cognoſces ex alijs: tu tñ ſiue habes aliquam ſpem de repub. ſiue deſperas: ea para: meditare, cogita q̃ eſſe in eo ciue ac viro debent: qui ſit rempu. afflictam & oppreſſam miſeris temporis ac perditis moribus in veterem libertatem ac dignignitem vindicaturus.

M, T, C, Proconſuli, M, Cælio Edili Curu. S, D,

Quæ futura ſunt de repub. ſcire deſiderat. .7.

q

Vid: tu me hoc tibi mãdaſſe exiſtimas, vt mihi gladiatorũ cõpoſitões: vt vadimõia dilata & Chreſti cõpilationẽ mitteres: & ea quæ nobis quũ Romæ ſum⁹ narrare nemo audeat: Vide quãtũ tibi meo iuditio tribuã (nec me hercule iniuria politicoteron enĩ te adhuc cognoui nemine) ne illa quidem curo mihi ſcribas quæ maximis in rebus reipub. gerunt̃ quottidie, niſi qd ad me ipſum ꝑtinebit, ſcribẽt alij, multi nunciabunt: perferet etiam multa ipſe rumor. quare ego nec præterita nec præſentia abs te: ſed vt ab homine lõge in poſterũ ꝓſpitiente futura expecto: vt ex tuis litteris quũ formã reipub. viderĩ quale edifitiũ futurũ ſit ſcire poſſim⁹. Neq; tñ adhuc habeo ꝙ te accuſez: neq; ẽm fuit ꝙ tu pl⁹ ꝓuidere poſſes

ꝗ quintus noſtri, in primiſq; ego, q cũ Pompeio compluris dies nullis in alijs niſi de repub. ſermonibus verſatus ſum, que nec poſſunt ſcribi: nec ſcribenda ſunt. Tantũ habeto, ciuem egregiũ eſſe Pompeium & ad omnia que prouidenda ſunt in repub. & animo & cõſilio paratum. Quare da te homini, cõplectet̃ mihi crede. Iam ijdem illi & boni & mali ciues vident̃, qui nobis videri ſolent. Ego cum Athenis. x. ipſos dies fuiſſem mltũq; mecum C. noſter Caninius, ꝓficiſcebar inde pridie nonas quĩtiles: cum hoc ad te litterarũ dedi: cui omnia mea cõmẽdatiſſima eſſe cupio: cum nihil magis q̃; ne tempus nobis prouĩtie proroget̃ in eo mihi ſunt omnia. Quod quãdo & quo modo & per quos agendum ſit tu optime conſtitues. Vale.

M, T, C, Cælio Aedili Curuli S, D,

Gratulat̃ Cælio ædilitatẽ aſſecuto, deinde gratias agit. .8.

p

Rimũ tibi vt debeo: gratulor: letorq; tum preſenti tum etiam ſperata tua dignitate, ſerius nõ negligentia mea, ſed ignoratiõe rerũ omniũ. In his ẽm ſunt loci quo et propter lõginquitatẽ: & ꝓpter latrocinia tardiſſime oĩa perferuntur. Et quum gratulor: tum vero quibus verbis tibi gratias agã, nõ reperio: ꝙ ita factus ſis vt dederis nobis quẽ admodũ ſcripſeras ad me: quem ſemper ridere poſſemus. Itaq; quũ primũ audiui ego ille ipſe factus ſum. Scis quẽ dico. Egiq; oẽs illos adoleſcentes, quos ille iactitat: difficile eſt loqui Te aũt contemplans abſentem & quaſi tecũ corã loquerer non edepol quantã egeris rem: neq; quantũ facin⁹ feceris: quod quia preter opinionẽ mihi acciderat: referebã me ad illđ, incredibile hoc fa

ctũ obijcit. Repente vero inceſſi omnibus leticijs, in quo quũ
obiurgarer ꝙ nimio gaudio pene deſiperem: ita me defendebã
Ego em̃ voluptatẽ habui nimiam. Quid quæris? dum illum ti
deo pene factus ſum ille. Sed hec pluribus, multaq; alia & de te
& ad te: quũ primũ ero aliqd nactus otij. Te vero mi Ruffe di-
ligo, quẽ mihi fortuna dedit ãplificatorẽ dignitatis meæ: vlto
rem non mõ inimicorũ: ſed etiam inuidorũ meorũ, vt eos par
tim ſcelerum ſuorum, partim etiam ineptiarũ peniteret. Vale.

¶ M, T, C, Cælio Aedili Curuli, S, D,

¶ Ob animi anxietatem nullũ ſcribendi argumen
tum relictum eſſe ſibi dicit. .10.

P Vtares ne vnq̃ accidere poſſe: vt mihi ṽba deeſ-
ſet neq; ſolũ iſta noſtra oratoria: ſed hæc etiã leuia
noſtratia. Deſinũt aũt propter hanc cauſam: quod
mirifice ſum ſollicitus: qd nã de prouintijs decernat, me mirum
deſideriũ tenet vrbis, ĩcredibile meorum, atq; imprimis ſatietas
acte prouintiæ. Vel quia videmur eã famã cõſecuti, vt non tam
acceſſio quærenda q̃ fortuna metuenda ſit: vel quia totũ nego-
tiũ nõ eſt dignũ viribꝰ nr̃is, qa maiora onera in repu. ſuſtinere et
poſſim et ſoleã, vl' qa belli magni timor ĩpedet, qd' videmur effu
gere, ſi ad cõſtitutã diẽ decedimus. De Pãtheris p eos q venari
ſolẽt agit mãdato meo diligẽter: ſʒ mira paucitas eſt: et eas, quę
ſunt, valde aiunt queri, qd' nil cuiq; inſidiarũ in mea prouintia
niſi ſibi fiat. Itaq; conſtituiſſe dicũt in Cariam ex noſtra ꝓuintia
decedere, ſed tamen ſedulo fit: & imprimis a Patiſco, quicquid
erit tibi erit. Sʒ qd eẽt plane neſciebamꝰ. Mihi me hercle magne

cure eſt [illegible] tua, ipſa dies [illegible]
Magalenſibꝰ. Tu velim ad me de om̃i reipub. ſtatu, diligẽtiſſi-
me perſcribas. Ea em̃ certiſſima putabo quæ ex te cognouero.

M, T, C, Imperatori M, Cælio Aedili Curuli, S, D,

¶ Mirat̃ ſe nil litterarũ accepiſſe: & ſe Romã rediturũ dicit. .11.

S Ollicitus equidem eram de rebus vrbanis: ita tu-
multuoſę cõciones: ita moleſte quinquatrijs afferre
bant: nam citeriora nondum audiebamꝰ: ſed tamẽ
nihil me magis ſollicitabat q̃ in his moleſtijs non me, ſi qua ridẽ
da eſſent, ridere tecum. Sunt enim multa, ſed ea non audeo ſcri-
bere. Illd' moleſte fero, nihil me adhuc his de rebꝰ habere littera
rum tuarũ. quare, etſi quũ tu hec leges, ego iã annuũ munus cõ
fecero, tñ obuie mihi veli ſint littere tue quæ me erudiãt de om
ni repu. ne hoſpes plane veniam: hoc melius facere q̃ tu nemo
poteſt. Diogenes tuus, homo moleſtus, a me cũ Philone Peſſi
monte diſceſſit: iter habebat ad Latũ regẽ: q̃q̃ omnia nec be-
nigna: nec copioſa cognorãt. Vrbem mi Ruffe cole & in iſta lu
ce viue. Omnis em̃ pegrinatio (qd' ego ab adoleſcẽtia iudicaui)
obſcura & ſordida eſt his: quorũ induſtria Rome põt eſſe illu-
ſtris Quod cũ probe ſcirem vtinã in ſn̄ia pmanſiſſem, cum vna
me hercule ambulatiuncula: atq; vno ſermone noſtro om̃is fru
ctus prouintie nõ cõfero, ſpero me integritatis laudem conſecu
tũ. nõ erat minor ex cõtẽnẽda q̃ ex cõſeruata prouintia ſpes tri
umphi, in qua ſatis glorioſe triumpharẽ: ſi nõ eſſem tamdiu qui
dem deſiderio rerum mihi chariſſimarũ. Sed vt ſpero: propediẽ
te videbo. Tu mihi obuiam mitte epiſtolas te dignas.

¶ Laudans Fabium commendat eum Cælio. .13.

F Abio viro optimo: & hoīe doctiſſimo familiariſſime vtor, mirificeq; eũ diligo, cũ ,ppt ſummũ ingeniũ eiꝰ, ſummãq; doctrinã: tũ propter ſingularem modeſtiã: eius negotiũ ſic veli ſuſcipias: vt ſi eſſet res mea. Noui ego vos magnos patronos: hominẽ occidat, oportʒ, ꝙ veſtra opera vti velit. Sed in hoc homine nullã accipio occaſionẽ. oĩa relinques: ſi me amabis: quũ tua opera Fabius vti volet. Ego res ro. vehemẽter expecto: & deſidero, imprimiſq; quid agas ſcire cupio. Nam iam diu propter hyemis magnitudinem nihil noui ad nos afferebatur. Vale.

¶ M,T,C,Imperatori Qu, Thermo proconſuli,S,D,

Gaudet Thermo geſſiſſe morem: eiuſq; dignitatẽ cure ſibi eſſe inſinuat. .17.

O Fficium meũ erga Rhodonẽ: ceteraq; mea ſtudia ꝙ tibi ac tuis preſtiti: tibi homini gratiſſimo grata eſſe vehemẽter gaudeo: mihiq; ſcito indies maiori cure eſſe dignitatem tuã. Que quidẽ a te ipſo integritate & clementia tua ſic amplificata eſt: vt nihil addi poſſe videaẽ. Sed magis mihi magiſq; q̃tidie de rationibus tuis cogitanti placet illum meum conſilium: quod initio Ariſtoni noſtro vt ad me venit, oſtendi graues te ſuſcepturum inimicitias: ſi adoleſcens potens & nobilis a te ignominia affectus eſſet: & hercle ſine dubio erit ignominia. Habes enim neminem: honoris gradu ſuperiorem. Ille autem: vt omittam nobilitatem hoc ipſo vincit viros optimos; hominesq; innocentiſſimos legatos tuos: ꝙ & quæſtor eſt: & queſtor tuus. Nocere tibi neminem iratum poſſe perſpicio, ſed tamen tres fratres ſummo loco natos promptos nõ indiſertos te nolo habere iratos: preſertim iure, quos video deinceps tribunos ple. per triennium fore. Tempora autem reipublice qualia futura ſint: quis ſcit? mihi quidẽ turbulenta videnẽ fore. Cur ego te velim incidere in terrores tribunitios: præſertim quum ſine cuiuſq; reprehenſione legatis queſtorem poſſis anteferre: qui ſi dignum maioribus ſuis ſe prebuerit: vt ſpero & opto: tua laus ex aliqua parte fuerit. Sin q̄d offenderit, ſibi totũ nihil tibi offenderit. que mihi veniebant in mẽtem, queq; ad te pertinere arbitrabar: ꝙ in Ciciliam proficiſcebar, exiſtimaui me ad te oportere ſcribere. Tu quod egeris id velim dij approbẽt ſi me audies vitabis inimicitias: & poſteritat Iocio cõſules Vale.

¶ M, T C, Impe, S, D, Celio Lucij filio.

¶ Cælio ad ſe aduentum maturari deſiderat. 18.

Q Vum optatiſſimũ nũciũ accepiſſem, te mihi queſtorem obtigiſſe, eo iucundiorẽ mihi eam ſorte ſperabã fore, ꝙ diutius mecũ in prouincia fuiſſes. Magni enim videbãtur intereſſe ad eam neceſſitudinẽ quam nobis ſors tuliſſet, conſuetudinem quoq; accidere. Poſteaq; nihil mihi neq; a te ipſo: neq; ab vllo alio de aduentu ſcriberet, verebar ne id ita accideret: quod etiam nunc vereor: ne anteq; tu in prouintiam veniſſes: ego de prouincia decederem. Accepi autem a te miſſas litteras in Cilicia: quum eſſem in caſtris ad duodecimũ calen. quintiles ſcriptas humaniſſime: quibus facile &

officium & ingenium tuum perſpici poſſet: ſed neq; vnde: neq;
quo die date eſſent: aut quo tpe te expectarē ſignificabant, nec
is q attulerat, a te accepat, vt ex eo ſcirē ꝙ ex loco atq; tpe eſſet
date. Que quum eſſent incerta: exiſtimaui nihilominus facien-
dum eſſe: vt ad te ſtatores meos & lictores cum litteris mitte-
rem, quas ſi ſatis opportuno tempore accepiſti, gratiſſimū mi-
hi feceris: ſi ad me in Ciliciam ꝙprimum veneris. Nam quod ad
me Curius conſobrinus tuus (vt ſcis) mihi maxime neceſſarius:
ꝙ item conſul Virginius propinqu⁹ tuus familiaris noſter de
te accuratiſſime ſcripſit: valet id quidem adpud me multum ſicu
ti debet hominum amiciſſimorum diligens commendatio. Sed
tue littere de tua preſertim dignitate & de noſtra coniunctione
maxī ſunt apud me ponderis. Mihi queſtor optatior obtingere
nemo potuit. Quamobrē quecunq; a me ornamenta in te pro-
ficiſcentur: elaborabo: vt omnes intelligant a me habitam eſſe
rationem tue: maiorumq; tuorum dignitatis. Sed id iam facilius
cōſequar: ſi ad me in Ciliciā veneris, quod ego & mea & reipu.
& maxime tua intereſſe arbitror Vale.

## Marci Tullij Ciceronis Epiſtola-
rum familiarium Liber Tertius.

¶ M, T, C, Appio Pulchro imperatori, S, D,

¶ Breuibus de republica imperatorem reddit certiorem. .I.

I ipā reſpu. tibi narrare poſſet quō ſeſe haberet, nō fa
s cili⁹ ex ea cognoſcere poſſes ꝙ ex liberto tuo Pha-
nia: ita eſt hō nō mō prudens: verumetiā vir equus
& quod vidi curioſus. Quapropter ille tibi omnia explanabit.

Id em̄ mihi & ad breuitatē eſt aptius: & ad reliquas res proui-
dentius. De mea autem beniuolentia erga te & ſi potes ex eo-
dem Phania cognoſcere, tamen videntur etiam alique mee par
tes. Sic em̄ tibi perſuade chariſſimū te mihi eſſe: cū propter mul-
tas ſuauitates ingenij: officij: humanitis tue; tum ꝙ ex litteris tu
is & ex multorū ſermonibus intelligo oīa que a me pfecta ſunt
in te, tibi accidiſſe gratiſſima: qđ cum ita ſit, perficiam profecto
vt longi temporis vſurā qua caruimus intermiſſa noſtra conſue
tudine & gratia: & crebritate: & magnitudine officiorꝫ meorū
ſarciam, Idq; me (qm̄ tu ita vis) puto nō inuita Minerua eſſe fa-
cturū, quā quidem ego ſi forte de tuis ſumpſero, nō ſolū Pal-
lada: ſed etiā Appiada nominabo. Cilix libertus tuus antea mi-
hi minus notus fuit: ſed vt mihi reddidit a te litteras plenas &
amoris & offitij, mirifice ipſe ſuo ſermōe ſubſecutus eſt hūanita
tē literarū tuarū: iucūda mihi eius orō fuit, quum de animo tuo:
de ſermonibus: quos de me haberes, quottidie mihi narraret.
Quid queris? biduo factus eſt mihi familiaris: ita tamē vt Pha-
niam valde ſim deſideraturus: quem quū Romā remittes, quod
vt putabam⁹ celeriter eras facturus: omnibus ei de rebus quas
agi: quas curari a me voles, mandata des velim. Lucium Vale-
riū Iuriſcō, valde tibi cōmēdo. Sed etiam ita nō eſt iuriſcō. me-
lius enim ei cauere volo: ꝙ ipſe alijs ſolet. Valde hominē diligo
eſt ex meis domeſticis atq; intimis familiarib⁹, omnino agit ti-
bi grās. Sed idē ſcribit meas litteras maximū apud te pondus
habituras. Id eum ne fallat te etiam atq; etiam rogo, Vale.

¶ M,T,C,Proconſul,S,D,Appio pulchro imperatori.

¶ Oſtēdit ſe ꝑter opinionē in Cilicie imꝑatorē deſignatū. .2.

Vm & contra voluntatē meā: & preter opinionē
q accidiſſet, vt mihi cum imperio in prouinciā profi-
ciſci neceſſe eſſet ī multis & varijs moleſtijs cogita-
tiōibuſq; meis: hec vna ꝯſolatio occurrebat, ꝙ neq; tibi amicior
ꝗ̃ ego ſū qſq; poſſet ſuccedere, neq; ego ab vllo ꝓuinciā accipe
ꝗ velleт eam mihi ꝙ̃ maxīe aptam explicatamq; tradere. Q; ſi
tu quoq; eādē de mea volūtate erga te ſpem habes: ea te profe-
cto nunq̃ fallet. a te maximopere pro noſtra ſumma cōiunctio
ne tuaq; ſingulari hūanitate etiā atq; etiā peto & queſo, vt qui-
buſcunq; rebus poteris (poteris autem plurimis) proſpicias &
cōſulas ratiōib⁹ meis. Vides ex ſenatuſconſulto prouinciā eſſe
habendam. ſi eam: quod quidem facere potueris: ꝙ̃ ex pe-
ditiſſimam mihi tradideris: facilior erit mihi quaſi decurſus mei
temporis. Quid in eo genere efficere poſſis: tui conſilij eſt. Ego
te quod tibi veniet ī mentē: mea intereſſe valde rogo Pluribus
verbis ad te ſcriberem: ſi aūt tua humanitas longiorem oratio-
nē expectaret: aut id fieri noſtra amicitia pateretur: aut res ver-
ba deſideraret: ac non per ſe ipſa loqueretur. hoc velim tibi per-
ſuadeas: ſi rationibus meis a te prouiſum eſſe intellexero: mag-
nam te ex eo & perpetuam voluntatem eſſe capturum. Vale,

¶ M,T,C,Appio Pulchro imperatori,S,D,

¶ Ad tuēdā ꝓuīciā plurib⁹ militib⁹ ſibi op⁹ eſſe inſiuuat. .3.

a D ſextūdecimū calendas iunias Brunduſiū quum
veniſſem: Quintus Fabius legatus tuus mihi ꝓſto
fuit, eaq; me ex tuis mādatis monuit: quæ nō mihi ad quē ꝑtine
bant, ſed vniuerſo ſenatui venerant in mentē: præſidio firmiori
opus eſſe ad iſtā prouintiā, Cenſebant enim omnes fore, vt in
Italia ſupplementū meis: & Bibuli legionibus ſcriberet. idq; cū
Sulpicius conſul paſſurum ſe negaret: multa nos quoq; quæſti
ſumus, Sed tantus cōſenſus ſenat⁹ fuit, vt mature ꝓficiſceremur
parendū vt fuit, Itaq; fecimus: nūc: quod a te petij litteris his: q̃s
Rome tabellarijs tuis dedi: velim tibi curæ ſit, vt quę ſucceſſori
coniunctiſſimo & amiciſſimo comodare poteſtis: qui ꝓuintiā
tradit: vt ea pro noſtra cōſtantiſſima volūtate erga te, cura ac di
ligentia tua complectare: vt omnes intelligant: nec me beniuo-
lentiori cuiq; ſuccedere, nec te amiciori potuiſſe prouintiam tra
dere, Ex his litteris: quarum ad me exemplū miſiſti, quas in ſe-
natu recitare voluiſti: ſic intellexerā: per multos a te milites eſſe
dimiſſos; ſed mihi Fabius idē demōſtrauit id te cogitaſſe facere:
ſed quum ipſe a te diſcederet, integrū militū numerū fuiſſe, id ſi
ita eſt: pergratū mihi feceris: ſi iſtas exiguas copias: quas habu
iſti ꝙ̃ minīe imminueris. qua de re ſenatuſconſulto quæ facta
ſunt: ad te miſſa eſſe arbitror. Equidē pro eo quanti te facio qc
quid feceris approbabo, Sed te quoq; confido ea eſſe facturū:
quæ mihi intelliges maxime eſſe accōmodata, Ego conſul Poti
nium legatū meum Brunduſij expectabam: eumq; ante calen,
Iunias Brunduſium venturum arbitror Qui quum venerit, ꝙ̃
primum nauigandi nobis facultas erit, ea vtemur, Vale,

¶ M,T,C, Appio pulchro Imperato, S, D,

¶ Expectat Brunduſij Clodium ad ſe mittendũ, .4.

p Ridie nonas, Iunias quum eſſem brunduſij, litteras tuas accepi, quibꝰ erat ſcriptũ, te Lẽtulo Clodio mãdaſſe, quæ illum mecum loqui velles, eum ſane expectabã: vt ea quæ a te afferret, ꝙ primũ cognoſcerem. meum ſtudium erga te & officiũ: tametſi multis iam rebus ſpero tibi eſſe cognitũ, tñ in his maxime declarabo, quibꝰ plurimũ ſignificare potero, tuã mihi exiſtimationẽ et dignitatẽ chariſſimã eſſe. mihi & Qu. Fabius Virgilianus / & Caius Flaccꝰ L. filius, & diligentiſſime M, Octauius Gn. filius demonſtrauit me a te plurimi fieri: qđ egomet multis iã argumentis ante iudicarã, maxĩeꝗ; illo libro augurali, quẽ ad me amãtiſſime ſcriptũ ſuauiſſime miſiſti Mea in te omnia ſumma neceſſitudinis officia cõſtabũt, nã cũ te ipſũ ex quo tpe tu me diligere cepiſti, ꝙttidie pluris feci, tñ etiã acceſſerũt cõiunctiões neceſſariorũ tuorũ, duos eñ duarũ ętatũ plurimi facio Cn. Pomponiũ filie tue ſocerũ, et M. Brutũ generum tuũ, collegij coniunctio præſertim tam honorifice a te approbata non mediocre mihi vinculum quidem attuliſſe videtur ad volũtates noſtras copulandas. Sed ſi Clodiũ conuenero, ex illius ſermone ad te ſcribã plura, & ipſe operã dabo: vt te ꝙ primum videã. Q̃ ſcribis manendi cauſam eam fuiſſe, vt me conueneris, id mihi ne mentiar: gratum eſt Vale.

¶ M, T, C, Appio pulchro, S, D,

¶ Q̃m grata ſint quæ ab Appio ſibi præſtita fuerint, .13.

q Vaſi diuinarẽ tali in officio fore mihi aliqñ expetendum ſtudiũ tuum: ſic quũ de tuis rebus geſtis agebat̃ iſeruiebã honori tuo, dicã tñ ꝟe, pluſ, ꝙ accepas, reddidiſti Quis eñ ad me nõ ſcripſit te, non ſolũ auctoritate oratõis et ſententia tua, quibus ego a tali viro contentus erã, ſed etiã opa, cõſilio, domũ veniẽdo, cõueniẽdis meis, nullum officij cuiꝗ; reliquũ feciſſe: Hæc mihi ampliora mlto ſũt, ꝙ illa ipſa propꝛ quę hæc elaborant̃, Inſignia eñ virtutis multi etiam ſine ꝟtute aſſecuti ſuut, taliũ virorũ tanta ſtudia aſſeq; ſola virtꝰ pt. Itaꝗ; mihi ꝓpono fructũ amicitiæ nr̃e ipſã amicitiã. qua nihil eſt vberius præſertim in his ſtudijs, quibꝰ vterꝗ; nr̃m deuictus eſt. Nã tibi me ꝓfiteor & in rempub, ſotiũ: de qua idẽ ſentimꝰ: & in quottidiana vita cõiũctũ cũ his artibus ſtudijſꝗ; quæ colimus. Velim ita fortuna tuliſſet: vt quãti oĩs ego tuos facio: tanti tu meos facere poſſes. qđ tñ ipm, neſcio qua ꝓmotus animi diuinatiõe, nõ deſpero, Sed nihil hoc ad te, noſtrũ eſt onus. Illud velim ſic habeas, ꝙ intelliges hac renouata: additũ potius aliqđ ad meũ erga te ſtudiũ, cui nihil videbat̃ addi poſſe: ꝙ quicꝗ; ẽe detractũ Quũ hęc ſcriberẽ cẽſorẽ te iã eſſe ſperabã, eo breuior ẽ epiſtola, & (vt aduerſus magiſtrum morum) modeſtior.

## Marci Tullij Ciceronis Epiſtolarum familiarium Liber Quartus ad Seruium Sulpitium.

¶ M, T, C, Seruio Sulpitio, S, D,

¶ In vrbem ſe venturum ſpondet ſi opus fuerit, .1.

Rebatius familiaris meꝰ ad me ſcripſit te ex ſe quesſiſſe, qbꝰ in locis eſſem, moleſteꝗ; ferre, ꝙ me ꝓpter valitudinẽ tuã, quũ ad vrbem acceſſiſſem nõ vi-

diſſes: & hoc tempore velle te mecum: ſi propius acceſſiſſem de
officio vtriuſqꝫ noſtrũ cõmunicare: vtinam ſerui ſaluis rebus.
Sic eñ eſt dicendum, colloqui potuiſſemus inter nos: profecto
aliquid operis occidenti reipub. tuliſſemus, Cognoram eñ iam
abſens te hęc mala multo ante ꝓuidentẽ defenſorem pacis, & in
conſulatu tuo: & poſt conſulatũ fuiſſe, Ego autem quum cõſi-
lium probarẽ: & ipſe diem ſentirem: nihil proficiebam, Sero. n.
veneram: ſolus eram: rudis etſi videbar in cauſa: incideram tñ
in hoĩm pugnandi cupidorũ inſanias, Nunc: qm̃ nihil iam vide-
mur opitulari poſſe reipub, ſi quid eſt in quo nobiſmetipſis cõ-
ſulere poſſimus, nõ vt aliquid ex priſtino ſtatu noſtro retinea-
mus, ſed vt ꝙ honeſtiſſime lugeamus: nemo eſt omniũ: qui cũ
potius mihi ꝙ tecũ comunicandũ putem, Nec enim te clariſſi-
morũ virorũ: quorũ ſimiles eſſe debem⁹: exempla, neqꝫ doctiſ-
ſimorũ: quos ſemꝑ coluiſti: præcepta fugiũt, atqꝫ ipẽ antea ad te
ſcripſiſſem te fruſtra in ſenatum: ſiue potius in cõuentũ ſenatoꝝ
eſſe venturũ, ni veritus eſſem ne eius animũ offenderẽ: quia me
vt te inuitarẽ, petebat, Cui quidem ego me quũ rogaret vt ad
eſſem ĩ ſenatu, eadem omnia quę ad te de pace & de hiſpanis di
cta ſunt: oſtendi me eſſe dicturum, Rem vides quomodo ſe ha
bet orbem terrarũ imperijs diſtributis ardere bello: vrbem ſine
legibus: ſine iudicijs: ſine iure: ſine fide: relictam direptioni &
incendijs, Itaqꝫ mihi venire in mentem nihil poteſt: non modo
quid ſperem, ſed vix iam quid audeã optare, Sin autem tibi ho-
mini prudentiſſimo videtur vtile eſſe nos colloq: ꝙꝙ longius

etiam cogitabam ab vrbe diſcedere: cuius iam etiam nomen in
uitus audio: tamẽ ꝓpius accedã. Trebatio mãdaui vt ſi quid tu
eum velles ad me mittere ne recuſaret: idqꝫ vt facias velim. Aut
ſi quẽ tuorũ fideliũ voles, ad me mittas: ne aut tibi exire ex vr-
be neceſſe ſit, aut mihi accedere. Ego tm̃ tibi tribuo quãtũ mihi
fortaſſe arrogo, vt exploratũ habeam quicquid nos commu-
ni ſcientia ſtatuerimus: id omnes homines probaturos Vale.

¶ M, T, C, M, Marcello, S, D,

¶ Neqꝫ adhortari neqꝫ cõſolari Marcellum audet, deinde pol
licetur officium ſuum. .8.

n Eqꝫ monere te audeo preſtãti prudẽtia virũ: neqꝫ
confirmare maximi animi hominẽ virumqꝫ fortiſ-
ſimũ: conſolari vero nullo modo. Nam ſi ea q̃ acci
derũt ita fers, vt audio: gratulari magis ꝟtuti debeo: ꝙ cõſolari
dolorem tuum. Sin te tanta mala reipu. frangunt, nõ ita abũdo
ingenio vt te cõſoler, quũ ipſe me nõ poſſim. Reliquũ eſt igi
tur vt tibi me in oĩ re eũ prebeã: preſtẽqꝫ, vt ad omnia que tui
velint ita aſſim ꝑſto vt me non ſolũ oĩa debere tua cauſa: ſed ea
quoqꝫ etiã que nõ poſſum putẽt. Illud tñ multũ me mouiſſe vel
cenſuiſſe puta: vel ꝓpter beniuolẽtiã tacere nõ potuiſſe vt que
ego facio tu quoqꝫ animũ inducas: ſi ſit aliqua reſpu. in ea re eẽ
oportere iuditio hoĩm: teqꝫ principẽ neceſſitate cedentẽ tpi: ſin
aũt nulla ſit: hũc tñ aptiſſimũ eſſe etiã ad exulandum locũ Si eñ
libertatẽ ſequimur: qui locus hoc dominatu vacat: ſin qualem
cunqꝫ locum: qui eſt domeſtica ſede iucũdior: Sed mihi crede
etiam is qui omnia tenet: fauet ingenijs, Nobilitatem vero &

dignitatē hominū quantū ei res: & ipſi⁹ cauſa cōcedit, amplecti
tur: ſed plura q̄ ſtatueram. Redeo ergo ad vnū ill, udme tuum
fore cum tuis: ſi modo erunt tui: ſi minus, me certe in omnibus
rebus ſatis noſtre coniunctioni amoriq̨ facturum Vale.

M, T, C, Marcello, S, D,

¶ Hortatur Marcellum vt in patriam q̄ primum redeat mul-
tum a ſuis expectatus. .10.

e T ſi nihil noui: qđ ad te ſcriberē, habebā, magiſq̨ lit
teras tuas iam expectare incipiebā vel potius ip-
ſum, tn̄ cū Theophilus ꝓficiſcerer̄: nō potui ei ni-
hil literarū dare. Cura igit̄ vt q̄primum venias. venies em̄ mihi
crede expectatus: neq̨ ſolū nobis id eſt tuis: ſed prorſus omnib⁹
Venit enim mihi in mentem ſubuereri interdum: ne te delectet
tarda deſceſſio, quod ſi nullum haberes ſenſum niſi oculorum:
prorſus tibi ignoſcerē: ſi quoſdā nolles videre. Sed quum leuio
ra non multo eſſent que audirentur, q̄ que viderent̄: ſuſpicarer
autem multū intereſſe rei familiaris tue, te q̄primū venire, atq̨
in omnes partes valere, putaui ea de re te eſſe admonendū. Sed
quoniam qđ mihi placeret oſtendi, reliqua tu pro tua pruden
tia coſiderabis. Me tamen velim: quod ad tempus te expecte-
mus: certiorem facias Vale.

M, T, C, Gneo Plan, S, D,

¶ Nihil periculi timendum eſſe ait in quo & alij nō ſint :15.

a Ccepi ꝑbreues tuas lr̄as: quib⁹ id q̄d ſcire cupiebā
cognoſcere nō potui. Cognoui aūt id qđ mihi du-
bium non fuit. Nam q̄ fortiter feres cōmunis miſe
rias non intellexi: q̄ me amares facile perſpexi: ſed hoc ſcieram

Illud ſi ſciſſem ad meas literas accōmodaſſem. Sed tamē etſi an
tea ſcripſi que exiſtimaui ſcribi oportere, tamē hoc tēpore bre
uiter cōmonendū putaui: ne quo periculo te proprio exiſtima-
res eſſe, in magno omnes: ſed tamē in communi ſumus. Quare
non debes aut propriam fortunā aut precipuam poſtulare, aut
cōmunem recuſare. Qua propter eo animo ſim⁹ inter nos: quo
ſemꝑ fuim⁹. Quod de te ſperare, de me pręſtare poſſum. Vale

# Marci Tullij Ciceronis Epiſtola-rum familiarium liber quintus.

¶ M, T, C, Quinto Metello procon, S, D,

¶ Dicit ſibi ſpem in Metello primum poſitam, ſed nunc animū
eius mutatum. .4.

Itere Qu. fratris & T. Pōponij neceſſarij mei tan-
I tum ſpei dederant: vt in te non minus auxilij q̄ in
tuo collega mihi cōſtitutū fuerit. Itaq̨ lr̄as ad te ſta-
tim miſi: per q̄s vt fortūa poſtulabat: & gratias tibi egi, & de re-
liquo tꝑe auxilium petij. Poſtea mihi non tam meorum litere, q̄
ſermones eorū qui hac iter faciebant, animum tuum immutatū
ſignificabant: que res fecit, vt tibi litteris obſtrepere nō auderē.
Nūc mihi Quintus frater meus, tuā mitiſſimā orationē, quā in
ſenatu habuiſſes ꝑſcripſit: qua induct⁹ ad te ſcribere ſum coact⁹
& abs te quātū tua fert volūtas, peto, queſoq̨, vt tu me cōſerues
poti⁹, q̄ propter arrogantē crudelitatē tuorum me oppugnes.
tu tuas iīmicitas, vt reipu. dōares, te viciſti, aliēas vt cōtra rēpu.
confirmes adduceris: qđ ſi mihi tua clementia opē tuleris, oīb⁹
in reb⁹ me fore ī tua ꝑtāte tibi ꝯfirmo. Sin mihi neq̨ magiſtratū

neqꝫ ſenatum neqꝫ populum auxiliari propter eam vim quę me cũ repu. vicit licuerit, vide ne, quũ velis reuocare tẽpus omniũ reſeruandorum: cum qui ſeruetur nõ erit, non poſſis Vale.

¶ M, T, C, Caio Antonio, M, F, S, D,

¶ Antonium male de ſe ſuſpicantem corripit, deinde commendat ei Pomponium. .5.

e T ſi ſtatueram nullas ad te litteras mittere niſi commẽdaticias: nõ ꝙ eas intelligerem ſatis apud te valere, ſed ne his qui me rogarent aliquid de noſtra coniunctione imminutum eſſe oſtenderem. Tamẽ quum T. Pomponius homo omnium meorum in te ſtudiorum atqꝫ officiorum maxĩe conſcius, tui cupidus, noſtri amantiſſimus ad te proficiſceretur: aliquid tibi ſcribendum putaui, preſertim quũ aliter ipſi Pomponio ſatiſfacere non poſſem. Ego ſi abs te ſumma offica deſiderem, mirum nemini videri debeat: omnia enim a me in te profecta ſunt: que ad tuum commodum: que ad honorem: que ad dignitatẽ pertinerent. Pro his rebus nullam mihi abs te relatam eſſe gratiã, tu es optimus teſtis. Contra etiam eſſe aliquid abs te profectum, ex multis audiui. Nam cõperiſſe me non audeo dicere: ne forte id ipſum verbum ponam, quod abs te aiunt falſo ad me ſolere conferri. Sed ea que ad me delata ſunt, malo te ex Pomponio: cui non minus moleſta fuerunt: ꝗ̃ ex meis literis cognoſcere. Meus in te animus ꝗ̃ ſingulari offitio fuerit, & ſenatꝰ & po.ro. teſtis eſt. Tu ꝗ̃ gratus erga me fueris: ipſe exiſtiare potes: quãtũ mihi debeas ceteri exiſtimẽt Ego que tua cauſa antea feci: volũtate ſum adductꝰ: poſtea cõſtãtia.

Sed reliqua mihi crede: multo maius meum ſtudiũ maioremqꝫ grauitatẽ & laborẽ deſiderãt, Quæ ſi nõ profundere ac perdere videbor: omnibus meis ſuſtinebo viribus, Sin autẽ ingrata eſſe ſentiam: non committã: vt tibi ipſe inſanire videar, Ea quæ ſint & cuiuſmodi: poteris ex Pomponio cognoſcere, atqꝫ ipſum tibi Pomponium ita commẽdo: vt ꝗ̃ꝗ̃ ipſius cauſa cõfido te eſſe facturum omnia, tamẽ abs te hoc peto: vt ſi quid amoris ĩ te reſidet erga me: id omne in Pomponij negotio oſtendas, hoc mihi nihil gratius facere potes. Vale.

¶ M, T, C, Cneo Pompeio imperatori, S, D,

¶ Pompei litteras ſibi voluptati fuiſſe inſinuat: eunqꝫ ingratitudinis ſubaccuſat. .7.

ſ I tu exercituſqꝫ valetis bene eſt, Ex literis tuis quas publice miſiſti: cœpi vna cũ omnibus incredibilẽ voluptatẽ Tãtam enim ſpem ocij oſtendiſti: quãtã ego ſemper oĩbus te vno fretus: pollicebar. Sed hoc ſcito tuos veteres hoſtes nouos amicos vehemẽter litteris ꝑculſos: atqꝫ ex magna ſpe deturbatos iacere, Ad me aũt literas quas miſiſti ꝗ̃ꝗ̃ exiguã ſignificationẽ tue erga me voluntatis habebant, tñ mihi ſcito iocũdas fuiſſe, Nulla enim re tam letari ſoleo: ꝗ̃ meorum offitiorum conſciẽtia, quibus ſiquando non mutuo reſpondeẽ apud me plus offitij reſidere facillime patior, Illud non dubito: quin, ſi te mea ſumma erga te ſtudia parum mihi adiunxerunt, Reſpublica inter nos conciliatura cõiuncturaqꝫ ſit, Ac ne ignores quid ego in tuis literis deſiderarim, aperte ſcribam: ſicut & mea natura & noſtra amicitia poſtulat, Res eas geſſi quarũ ali-

quam in tuis litteris: & noſtre neceſſitudinis & reipu. cauſa gra
tulationē expectaui quā ego abs te pretermiſſam eſſe arbitror
quod verebare ne cuius animum offenderes, Sed ſcito ea quæ
nos pro ſalute patrię geſſimus: orbis terre iuditio ac teſtimonio
cōprobari. Quæ quū veneris tanto conſilio: tantaqꝫ animi mag
nitudīe a me geſta eſſe cognoſces: vt tibi m̄lto maioriqꝫ Aphri-
canus fuit: me non multo minorem ꝙ Leliꝰ, facile & in repu. &
in amicitia adiunctum eſſe patiare, Vale,

¶ M, T, C, Vatinio imperatori, S, D,

¶ Laudat Vatinij gratulationem: Hortaturqꝫ eū
vt ad vxorem ſcribat. .II.

Rata tibi eſſe officia mea nō miror: cognoui enim
g te gratiſſimū omniū: idqꝫ nunqꝫ dediſti prædicare
Nec eñ tu mihi gratiā modo habuiſti: verūetiā cu-
mulatiſſime retuliſti Quamobrē reliquis tuis rebus oībus pari
me ſtudio erga te: & eadē voluntate cognoſces, Qꝫ mihi fœmi
nam primariā Pompeiā vxorem tuam cōmendas: cū Surra no-
ſtro ſtatim tuis litteris lectis locutus ſum: vt ei meis verbis dice-
ret: vt quicquid opus eſſet mihi denūciaret: & me omnia quæ
ea vellet ſummo ſtudio curaqꝫ facturum. Itaqꝫ faciam: eamqꝫ ſi
opus eſſe videbitur ipſe conueniam, Tu tamen ei velim ſcribas:
vt nullam rem neqꝫ tam magnam neqꝫ tam paruam putet: quæ
mihi aut difficilis: aut parum me digna videat̄. Omnia quæ in
tuis rebus agam: & non laborioſa mihi & honeſta videātur, de
Dioniſio ſi me amas confice: quancunqꝫ fidē ei dederis preſtabo
Si vero improbus fuerit (vt eſt) eum captiuū duces in triūpho

Dalmatis dij malefaciant, qui tibi moleſti ſunt, Sed vt ſcribis bre
ui capientur & illuſtrabunt res tuas geſtas, ſemper enim habiti
ſunt bellicoſi Vale.

¶ M, T, C, Lucio Quin, S, D,

¶ Lucei erga ſe amorem cognitū eſſe dicit ſed eū
ſui doloris cauſam non intelligere. .15.

Mnis amor tuus ex omnibus partibus ſe oſtēdit in
o his literis quas a te proxime accepi, Non ille quidē
mihi ignotus: ſed tamen gratus et optatus, dicerem
iucundus niſi id verbum in omne tempꝰ perdidiſſem: neqꝫ ob
eā vnā cauſam: quā tu ſuſpicaris: & in qua leniſſimis me & amā
tiſſimis verbis vtens re grauiter accuſas: ſed ꝙ illius tanti vulne
ris quæ remedia eſſe debebant: ea nulla ſunt, Quid enim? ad ami
cos ne confugiam? ꝙ multi ſunt? Habuimus enim fere com-
munes, quorum alij occiderunt: alij neſcio quo pacto obdurue
runt. Tecum viuere poſſem equidem & maxime vellem. vetu-
ſtus ē amor, cōſuetudo, ſtudia paria qď vinculum: que res de-
eſt noſtre coniunctiōi? Poſſumus ne ergo eſſe vna, nec me her
cule intelligo quid impediat, Sed certe adhuc non fuimus cum
eſſemus vicini in Tuſculano: in Puteolano, Nam quid dicam
in vrbe: in qua quum forum ſit commune: vicinitas non requi-
ritur: ſed caſu neſcio quo in ea tempora noſtra etas incidit: vt cū
maxime florere nos oporteret, tum viuere etiam puderet. Qď
eñ mihi poterat eſſe profugium ſpoliato & forenſibus ac dome
ſticis ornamentis: atqꝫ ſolatijs, litere crede, quibus aſſidue vtor,
Quid enim aliud facere poſſum? Sed neſcio quomodo ipſe

me excludere me a portu & ꝑfugio videt & quaſi exprobrare quod in ea vita maneam, in qua nihil inſit niſi propagatio miſerrimi temporis, Hic tu ea me abeſſe vrbe miraris i qua dom⁹ nil delectare poſſit, ſummũ ſit odiũ tempoꝝ; hominum, fori, curiæ, Itaq; ſic litteris vtor in quibus conſumo omne tempus: non vt ab his medicinam perpetuam: ſed vt exiguã doloris obliuionem petã, Qđ ſi id egiſſem⁹ ego atq; tu: qđ ne in mentẽ quidẽ nobis veniebat ꝑpter quottidianos metus, omne tẽpus vna fuiſſemus: neq; me valitudo tua offenderet: neq; te meror meus, Quod quantum fieri poterit conſequamur, quid eſt enĩ vtriq; noſtrum aptius? Propediem te igitur videbo, Vale,

¶ M, T, C, Titio, S, D,

¶ Conſolatur Titium in aduerſa fortuna, 8.

T ſi egomet qui te cõſolari cupio: cõſolandus ipſe
c ſum, Propterea ꝙ nullã rem grauius iam diu tuli ꝙ̃ incõmodũ tuũ: tñ te magnopere non hortor ſolũ, ſed etiã pro amore noſtro rogo atq; oro, te colligas virũq; prebeas, & qua cõditione oẽs hoĩes: & quibus tẽporibus nati ſumus cogites, Plus tibi virtus tua dedit ꝙ̃ fortũa abſtulit, ꝑptera ꝙ adeptus es qđ nõ multi homĩes noui, amiſiſti, quid plurimi homines nobiliſſimi, Ea deniq; videt cõditio impẽdere legũ, iuditiorũ, tpm vt optime actũ cũ eo videat eſſe qui ꝙ̃ leuiſſima pena ab hac republica diſceſſerit, Tu vero q & fortunas & liberos habeas: & nos cæteroſq; neceſſitudine & beniuolentia tecũ cõiunctiſſimos: qꝙ magnã facultatẽ ſis habitur⁹ nobiſcũ: & cũ omnibus tuis viuendi & quũ vnum ſit iuditiũ ex tam multis, ꝙ

reprehendatur idq; vna ſententia eaq; dubia: potentia alicuius condonatũ exiſtimet, Omnib⁹ his de cauſis, debes iſtam moleſtiã ꝙ̃ leniſſime ferre, meus anim⁹ erit in te, liberoſq; tuos ſemper, quem tu eſſe vis, & qui eſſe debet, Vale,

## Marci Tullij Ciceronis Epiſtolarum familiarium. Liber Sextus,

¶ M, T, C, Furfano proconſu, S, D,

¶ Furfano Cecinnam commendat, 9.

Vm Aulo Cecinna tanta mihi familiaritas, conſue-
c tudoq; ſemper fuit, vt nulla maior eſſe poſſit, Nam & parte eius claro hoĩe: & forti viro plurimũ vſi ſumus, & hunc a puero: ꝙ & ſpem magnã mihi afferebat ſumme probitatis ſummeq; eloquentiæ: & viuebat mecũ coniunctiſſime: nõ ſolũ officijs amicitiæ: ſed etiam ſtudijs cõmunibus ſic ſemper dilexi vt nullo cũ homine coniunctius viuerẽ, Nihil attinet me plura ſcribere: ꝙ̃ mihi neceſſe eſt, eius ſalutẽ & fortunas quibuſcunq; rebus poſſim tueri vides, Reliquum eſt: vt cognorim plurib⁹ rebus qđ tu & de bonorũ fortuna & de repub, calamitatibus ſentires: nihil a te petam niſi vt ad eam voluntatem: quã tu ſponte erga Cecinam habiturus eſſes, tantus cumulus accedat commendatione mea: quanti me a te fieri intelligo, Hoc mihi facere gratius nihil potes, Vale,

¶ M, T C. Trebatio, S, D,

¶ Gratulatur amico de exilio redeunti, 11.

Olobellã antea tantummõ diligebã: obligat⁹ e nihil
d eram, Nec eẽ acciderat mihi opus eſſe: & ille mihi

debebat: ꝙ non defuerã eius periculis, Nunc tanto ſum deuin-
ctus eius bñficio: ꝙ & antea in re & in hoc tempore in ſalute tua
cumulatiſſime mihi ſatiſſecit: vt nemini plus debeã: qua in re gra
tulor tibi ita vehemẽt: vt te quoq; mihi gratulari ꝙ̃ gratias age-
re malim, Alterũ nõ omnino deſidero, Alterum vero vere face
re poteris, Qđ reliquũ eſt / qñ tibi virtus & dignitas tua reditũ
ad tuos apperuit: ẽ tue ſapientiæ magnitudiniſq; anĩ qđ ami-
ſeris obliuiſci: quid recuperaris cogitare: viues cum tuis: viues
nobiſcum: plus acquiſiſti dignitatis ꝙ̃ amiſiſti rei familiaris: quæ
ipſa tum eſſet iucundior ſi vlla res eſſet publica, Neſtoriꝰ noſter
familiar] ad me ſcripſit te maximas gratias agere, Hæc prædica
tio tua mihi valde grata eſt: eaq; te vti facile patior: tum apud
alios: tum me hercule apud Syronem noſtrum amicum, Quæ
enim facimus cuiq; prudentiſſimo maxime probata eſſe volu-
mus. Te cupio videre ꝙ̃primum Vale,

¶ M,T,C,Bithinio S,D,

¶ Bithinij conſuetudinẽ gratiſſimã ſibi eſſe ſcribit, .17.

Vm cæterarũ rerũ cã cupio eſſe aliqñ rẽpub, conſtitu
c tam, tum velim mihi credas accedere id etiã quo ma
gis expetã promiſſum tuũ, quo in litteris tuis vteris
Scribis eñ ſi ita ſit te mecũ eſſe victurũ Gratiſſima mihi tua vo
lũtas eſt: faciſq; nihil alienũ a neceſſitudine noſtra: iudicijſq; p̃ris
tui de me ſummi viri, Nam ſic habeto beneficiorũ magnitudĩe
eos: qui tpibus valuerũt aut valeãt coniunctiores eſſe tecum ꝙ̃
me neceſſitudine neminẽ, Quãobrẽ grata mihi eſt & memoria
tua noſtræ coniunctionis: & eius etiã augende voluntas, Vale,

# Marci Tullij Ciceronis Epiſtola-
rum familiarium, Liber Septimus,

¶ M,T,C,Mario S,D,

¶ Iocatur in Marium, 4

D nonas calẽdas Iulias ĩ Cumanũ veni cum Libone
a tuo vel noſtro potius, in Pompeianũ ſtatim cogito:
ſed faciã ante te certiorẽ, Tecũ ſemꝑ valere cupio tũ
certe dũ hic ſumꝰ, vides eñ quãto poſt vna futuri ſumus. q̃re ſi
quid cõſtitutũ cũ podagra habes: fac vt in aliũ diẽ differas, Cura
igit̃ vt valeas: & me hoc biduo aut triduo expecta, Vale,

¶ M,T,C,Trebatio,S,D,

¶ Trebatij tum ineptias tum incõſtantiã egre fert, .6.

N oĩbus meis eplĩs quas ad Ceſarẽ: aut ad Balbum
i mitto: legittima quædã eſt acceſſio cõmẽdatiõis tue:
nec ea vulgaris: ſed cũ aliq̊ inſigni inditio mee erga
te beniuolẽtię, Tu mõ ineptias iſtas: & deſideria vrbis et vrbani
tatis depone: & q̊ cõſilio ꝓfectꝰes: id aſſiduitate cõſeq̃re & ꝟtute
Hoc tibi tã ignoſcemꝰ nos amici ꝙ̃ ignouerũt Medeę quę Corĩ
thũ arcẽ altã habebãt matrone opulẽte optimates Quibꝰ illa ma
ñibꝰ gypſatiſſimis ꝑſuaſit: ne ſibi vitio illę ꝟterẽt, qđ abeſſet a pa
tria, Nã multi ſuã rem bñ geſſerũt: & publicã patria ꝓcul: multi
q̃ domi ętatẽ agerẽt: ꝓpterea ſũt ĩprobati Quo in nũero tu cer
te fuiſſes niſi te extruxiſſemꝰ: ſed plura ſcribemus alias Tu q̊ ce
teris cauere didiciſti in Britania: ne ab eſſedarijs decipiaris caue-
to: & qñ cœpi agere Medeã: illud ſemꝑ memẽto, Qui ipſe ſibi
ſapiens prodeſſe nequit, nequicq; ſapit, Cura vt valeas,

¶ M,T,C, Trebatio,S,D,

¶ Diligētiā ſuā in cōmēdādo Trebatio apit cū eoq; iocat. .7.

e Go te cōmendare non deſiſto: ſed quid proficiam ex
te ſcire cupio: ſpem maximā habeo in Balbo: ad quē
de te diligentiſſime & ſepiſſime ſcribo, Illud ſoleo mi
rari non me totiens accipere tuas litteras: quotiens & a Q. fra
tre afferuntur, in Britania nihil eſſe audio neq; auri neq; argenti
id ſi ita ē, eſſedū aliquod ſuadeo rapias & ad nos ꝙ primum re
curras, Sin autem ſine Britānia tamen aſſequi id qđ volumus
poſſumus, perfice, vt ſis in familiaribus Cæſaris: multum enim
te in eo frater adiuuabit meus: multum Balbus, Sed mihi crede
tuos pudor & labor plurimū. Imperatorē liberaliſſimū: etatem
oportuniſſimam: commendationem certe ſingularem: vt tibi
vnum timendum ſit ne ipſe tibi defuiſſe videare, Vale

¶ M,T,C, Trebatio,S,D,

¶ Trebatij litteras exoptat eūq; monet ne Romā feſtinet. 9.

i Am diu ignoro quid agas: nihil em̄ ſcribis: neq; ego
ad te his duobus mēſibus ſcripſeram, quia cū Quin
to fratre meo non eras, quo mitterem, aut cui darem
neſciebam, Cupio ſcire quid agas & vbi ſis hyematurꝰ, Equidē
velim cum Ceſare: ſed ad eū propter eius occupationes nihil ſū
auſus ſcribere: ad Balbū tn̄ ſcripſi: tu tibi deeſſe noli, ſeriꝰ potiꝰ
ad nos dum plenior: Quid huc properes, nihil eſt, præſertī Bal
tera mortuo: ſed tibi cōſiliū non deeſt, Quid cōſtitueris cupio
ſcire, Cn. Octauius an Cn. Corneliꝰ; quidem tuus familiaris:

ſummo genere natꝰ terre filius, is me quia ſcit tuum familiarem
eſſe crebro ad cœnam inuitat; adhuc non potuit perducere; ſed
mihi tamen gratum eſt Vale.

¶ M,T,C, Trebatio,S,D, .13.

¶ Cur intermiſerit ad Trebatiū dare litteras. Item iocat i eūdē.

q Deo ne iniuſtū me eſſe exiſtimaſti: vt tibi iraſcerer
quod parū mihi cōſtās: & nimiū cupidiꝰ decedēdi
viderere, Ob eamq; cauſam me arbitrabere literas
ad te iam non miſiſſe? Mihi perturbatio animi tui quā primis lit
ter ꝑſpiciebā moleſtiā attulit: neq; alia fuit vlla cauſa intermiſſio
nis litterarū: niſi ꝙ vbi eſſes plane neſciebā, Hic tu me etiā īſimu
las nec ſatiſfactionē eā accipis, Audi mi Teſta vtrū ſupbiorem
peccunia te facit: ā ꝙ te impator cōſulit? moriar, ni (quæ tua glo
ria eſt) puto te malle a Ceſare cōſuli, ꝙ inaurari, Si vero vtrunq;
eſt, quis te feret præter me? qui omnia facere poſſum, Sed vt ad
rem redeam te iſtic inuitū nō eſſe vehemēter gaudeo: & vt illud
erat moleſtū ſic hoc iucundū, Tantū metuo ne artificiū tuū tibi
parum proſit, Nam vt audio iſtic nō ex iure manu conſertū, ſed
ferro magꝭ rē repetūt: & tu ſoles ad vī facūdiā adhibere. Neq;
eſt ꝙ illam exceptionē in interdicto pertimeſcas: ꝙ tu prior in
omnibꝰ armatus nō veneris; ſcio em̄ te nō eſſe procacē in laceſ
ſendo ſed vt ego quoq; te aliquid admoneā de noſtris cautioni
bus treuiros vites cenſeo: audeo capitales eſſe, mallem auro ar
gento ere eſſent; ſed alias iocabimur, Tu ad me de iſtis rebus oī
bus ſcribas velim ꝙ diligentiſſime, iij. nonas Martias Vale.

¶ M, T, C, Trebatio, S, D,

¶ Trebatij inconſtantiam amori tribuit. .15.

q

